UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

& quælibet eius minimam partē reſpiciant, & pars pro indiuiſo nec uideri, nec diſcerni poſſit. l. ſi fundū. ff. de acquiren. poſſeſſ. d. l. locus. & ibi Doct. expreſſè. & in d. §. incertam. vbi Pau. de Caſt. Alexan. Areti. & alij poſt Bart. & gloſ. in l. mœuius. §. duobus. ff. de leg. 2. Item etiam incerta ratione quottæ, ex quo non per nomina quottitatiua, ſed per nomina numeralia partes fuit expreſſè uendita ad ea, quæ uoluit Areti. in d. §. incertā. & eſt de mente Doct. cōiter ibi. & in d. l. locus. & quamuis Iaſ. in d. §. incertam. velit, poſſe dici incertam ratione quottæ, quando res fuiſſet uendita per nomina numeralia, quæ conuenirent quottæ, ut quando fuiſſent uenditæ uiginti tornaturæ pro indiuiſo unius fundi tornaturarū ſexaginta, qa habita relatione ad totum fundum tertia pars illius uendita diceretur, tamen ipſe ibi atteſtatur contrarium eſſe de mente Doctorum omnium poſt Bart. & propterea in iudicando, & cōſulendo non eſt de illius ſingulari opinione iudicandū, licet ea in puncto iuris ſubſtentabilis eſſet, ad tradita per Ioan. And. Anto. Abba. & omnes in c. 1. & in c. ne innitaris. cum ſi. ibi per moder. allegatis. extra de conſtitut. ¶Ex quibus infert, ꝙ ſi in caſu noſtro per uēditionem factā, & per pactum conſtituti de poſſidendo nulla fuit ipſi emptori magiſtro Ioannibaptiſtæ acquiſita poſſeſſio naturalis, ſeu ciuilis, tum ratione ſimulationis contractus, ut uoluit Bald. in d. l. emptione. in fi. cum aliis ſupra allegatis, tum etiam ratione incertitudinis loci, & quottæ, ut proximè dixi, ſequitur ex his, ꝙ ipſi magiſtro Ioannibaptiſtæ, ſeu eius heredibus nulli fructus, & redditus de dicta re uēdita acquiri, ſeu deberi
26 potuerunt, quia † ſola poſſeſſio ſaltem ciuilis eſt cauſa acquiſitionis fructuum, & ille ſolum fructus acquirit, & ei fructus debentur, qui rem poſſidet, ut not. decisi Bart. & communiter Doctores in d. l. 3. §. ex contrario. Et ideò ſi ipſi aliquos redditus, ſeu fructus habuerunt, & perceperūt, prout ſingulis annis habuerunt, dicuntur illos habuiſſe, & recepiſſe nō ex re empta, & ratione poſſeſſionis, ſed potius pro uſuris, & interuſurium pecuniarum, uidelicet dictarum librarum quingentarum pro aſſerto pretio dictarū uiginti tornaturarū ſolutarum ad rationem corbium quinque frumenti, & unius paris caponum pro quoli
27 bet centenario ſingulis annis. Ex quibus infertur, † qđ cum dictus contractus fuerit ſimulatus, fictitius, & in fraudem uſurarum factus, ut ex prædictis colligitur, & id quod ſingulis annis fuit pro affictu dicto magiſtro Ioannibaptiſtæ, & eius hæredibus ſolutum, dicitur potius fuiſſe ſolutū pro uſuris pecuniarum, quā pro fructibus rei emptæ, & locatæ, ipſe magiſter Ioannesbaptiſta, ſeu eius hæredes tenentur ad reſtituendū omne id, quod ipſis pro affictu fuit ſolutum, uel debet illud in ſortem computari, ut in c. 1. & 2. extra de vſuris. & eſt tex. in d. c. ad noſtram. & in d. c. illo vos. & ibi gl. & Doct. ubique. Quare ex præmiſſis concludo, ꝙ ad officium iudicis ſpectat pronunciare malè fuiſſe pro parte hæredum dicti magiſtri Ioannisbaptiſtæ appellatum, & benè ac iuſtè fuiſſe ad fauorem hæredū ſer Vincentij iudicatum, & conſequenter condemnare dictos heredes magiſtri Ioannisbaptiſtę ad reſtituendum hæredibus præfati ſer Vincentij affictus eis ſolutos, ſeu illos in ſortem dictarum librarum quingentarum computare debere, nec non eoſdem in expenſis litis, & cauſæ condemnare. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Contractus de iure communi uſurarius non poteſt per ſtilum, ſeu communem obſeruantiam, aut conſuetudinem contrariam effici licitus, & ſubſtentabilis, aut ſaltem excuſabilis.*
Et an à delicto, illiusque pœna excuſetur. num. 9.
2 *Illicitum, & contra ius naturale exiſtens non poteſt per conſuetudinem, & communem loci obſeruantiam effici licitum.*
3 *Conſuetudo contra ius naturale peccati nutritiua non valet, & corruptela dicitur.*
4 *Conſuetudo, quòd propter utilitatem publicam, vel pauperum eleemoſinam, uel redemptionem captiuorum fœnerari liceat, non valet.*
5 *Super vſuris ſtatuere, aut ius inducere ad ſeculares non pertinet, ſed ad conditorem canonis.*
6 *Vſurarium contractum licere contrahi, qui tenet, poteſt tanquam hæreticus damnari.*
7 *Et qui ita ſtatuunt, ſunt excommunicati.*
8 *Argumentum de ſtatutis ad conſuetudines valet.*
9 *Conſuetudo an, & quando contractum illicitum faciat licitum, & à delicto, illiusque pœna excuſet, & quando non. & num. 12.*
10 *Conſuetudo ad intereſſe, & damno partis non excuſat.*
11 *Vſura in cauſa dotis ſpecialiter eſt licita, & uſque ad quam ſummam taxari poſſit.*

EPITOME.

Contractvm de iure cōi uſurarium, & illicitum non effici licitum, nec excuſari per loci cōſuetudinē, & cōmunem obſeruantiam contrariā, hic probatur.

CONSILIVM CLXVII.

Post editum proximum præcedens conſilium, præſuppoſito pro uero, prout uerū eſt, ꝙ de iure cōi ꝯctus celebratus inter magiſtrum Ioannembaptiſtam emptorē, & ſer Vincentium uenditorem fuerit ſimulatus, fictitius, & uſurarius, ueluti ex pluribus præſumptionibus, & coniecturis legitimis, ac concludentibus apparet, & pleniſſimè in ſupraſcripto conſilio demonſtraui, contingit adhuc dubitari, an ex communi obſeruantia, & conſuetudine contraria loci, in quo forte contractus huiuſmodi ſoliti ſunt celebrari, hic ꝯctus poſſit ſubſtineri, & concludi illum ualere, eique ſtandum fore, non obſtante diſpoſitione iuris cōis in hoc ꝯria. In quo concludendo abſq; longo argumentorū
1 ordine dico, † ꝙ per ſtilum, ſeu communem obſeruātiam, aut conſuetudinem cōtrariam contractus, qui de iure communi cenſetur uſurarius, non poteſt effici licitus, nec ſubſtentabilis, quia talis conſuetudo potius eſt corruptela dicenda, & irrationabilis, quàm conſuetudo, ex quo illa eſt contra ius naturale, & peccati nutritiua, ut dicitur in c. fi. extra de conſuetud. cū ibi not. & hoc reperitur in terminis deciſum per tex. in c. inter dilectos. extra de exceſſi. prælat. vbi ij, qui contractus ſuos uolunt à prauitate uſuraria excuſare ex conſuetudine, & communi obſeruātia loci, in quo huiuſmodi contractus conſueti ſunt exerceri, nō audiuntur, quia talis praua conſuetudo, per quam uſura palliatur, corruptela dicenda eſt, & talis excuſatio friuola reputatur, cum in illis magis plectibilis ſit offenſa, per quos ad excuſandas excuſationes in culpis delinquendi auctoritas uſurpatur, ut ibi, cumq; tanto grauiora ſint peccata, quanto diutius infœlicem ani
2 mam detinent allegatā. d. c. fi. de cōſuetud. & † Doct. maximè Ioan. de Anan. per d. c. inter dilectos dicunt, ꝙ per conſuetudinem, & communem loci obſeruantiam id, quod eſt illicitum, & contra ius naturale, nō
3 poteſt effici licitum, quia † conſuetudo contra ius naturale, quando eſt peccati nutritiua, ut quia permitteret furari, ſeu fœnerari, & contractus vſurarios exercere, non ualet, & corruptela dicitur, ut dicunt Abb.
4 Anto. & omnes canoniſtæ in d. c. fi. † ubi ad propoſitū Anto. in verſi. quarto. colu. 23. inquit, non ualere conſuetudinem, quòd propter utilitatem publicam, uel pauperum eleemoſinam, uel captiuorum redemptionem liceat in loco fœnerari: multo minus ergo valebit in caſu, quo de pia cauſa agatur. Præ-

terea

5 terea hoc ſuadetur, nam † ſtatuere, ſeu ius inducere,
& condere ſuper uſuris, ut ꝙ contractus ſit uſurarius,
uel licitus, & non uſurarius, & ꝙ in aliquo caſu ſit uſu
ra, uel non ſit, ad ſeculares non ſpectat, ſed ſolum ad
conditorem canonis, & ideò ſeculares nō poſſunt ſta
tutum facere, nec cōſuetudinem inducere, ꝙ aliquis
contractus ſit, uel non ſit uſurarius, & maximè quan-
do ex diſpoſitione ſacrorum canonum contractus eſ
ſet uſurarius, ut uolunt Doct. canoniſtæ communiter
in c. quod clericis. & clarius in c. cum ſit generale. de
foro compet. In caſu igitur noſtro non potuit per cō
ſuetudinem loci introduci, ꝙ contractus, qui aliàs de
iure communi, & ſecundum canones uſurarius cen-
ſebatur, dicatur licitus, & non uſurarius: quæ deciſio
probatur etiam in c. quia in omnibus. & ibi gl. & doc.
6 extra de uſuris. † Quinimmò tenere licitum eſſe uſu-
ram, aut contractum aliàs reprobatum, & qui de iure
cenſetur uſurarius, exercere, & contrahere dicitur eſ-
ſe hęreticum, & ita tenens poteſt tāquam hæreticus
damnari, ut eſt tex. in clem. fin. in fin. de uſuris. Præte-
7 rea † facientes ſtatuta in locis: ꝙ licitum ſit in aliquo
caſu uſuras exercere, ſeu contractus aliàs à iure uſura-
rius reputatus ſit licitus, & poſſit impunè exerceri, sūt
excommunicati, niſi huiuſmodi ſtatuta de libris ſta-
8 tutorū deleuerint, & illa obſeruare deſierint: ergo † ar
guendo de ſtatutis locorum ad conſuetudines, quod
argumentū eſt ualidum, ut in §. fi. Inſti. de iure natu.
gen. & ciui. & per Docto. in l. de quibus. ff. de legib. cū
ſim. idem dicendum eſt de cōſuetudinibus, ꝙ illę nō
ſunt ſeruandæ, alioquin eas obſeruantes, & ſecundū
eas iudicantes eſſent excommunicati, ut in d. clem. 1.
Et p̄dicta procedūt in caſu, quo de contraria cōſuetu
dine conſtaret, & ſic in caſu noſtro probatum eſſet de
ſtilo, & cōſuetudine prædicta, nam ut dictum fuit, ea
cōſuetudo praua diceretur, & potius quædam corru-
ptela cēſeretur. Verum ſi benè in caſu, de quo agitur
conſiderētur ſubſcriptiones procuratorum, & nota-
riorum, qui fidem faciunt de ſtilo, & conſuetudine
prædicta, iudicio meo in caſu noſtro de conſuetudi-
ne contraria pręcisè non probant, nec fidem faciunt,
ipſi enim loquuntur, quando emptor ſuſpitione pra-
uitatis uſurarię carebat, item quādo res fuerunt iuſto
pretio uenditę, ſed in caſu noſtro, ut probatum fuit,
emptor ſuſpitione uſurariæ prauitatis nō carebat, itē
bona fuerunt iniuſto, & modico pretio uendita, plu-
raque alia infinita concurrunt, ex quibus conſtat con
tractum fuiſſe uſurarium, ergo &c. Præterea dicti ꝓ-
curatores, & notarij loquuntur, ac fidem faciunt, quā
do conſuetudo non eſſet à iure reprobata, & præſup-
ponunt ius nō reprobare has cōſuetudines, per quas
contractus uſurariam prauitatem continentes ſubſti
nerētur, quod quidem eſt falſum, quia omnia iura ca
nonica, quibus in hoc ſtandum eſt, reprobant huiuſ-
modi cōſuetudines, ut ex iuribus, & rationibus pręal-
legatis conſtat. Sed poſito etiam, ꝙ præfati procura-
tores, & notarii optimè de conſuetudine contraria ꝓ
barent, & affirmarēt eam non eſſe reprobatam, tñ di-
cto ipſorum ſtandum non eſſet, tum quia ius canoni
cum expreſsè tales conſuetudines tanquam prauas,
& corruptelam cōtinētes reprobat, ut ſupra, tū quia
ipſi, qui ad probandam conſuetudinem inducuntur,
nō poſſent dicere, neq; ꝯcludere talē ꝯſuetudinē nō
eſſe reprobatā, qm̄ nō ut teſtes deponerēt, ſed potius
ut iudices iudicarēt, & ad eos nō ſpectat determina-
re, ꝙ talis ꝯſuetudo non ſit reprobata, ſed ad iudicē, q
nō poteſt aliter iudicare, niſi ꝙ conſuetudo, per quā
cōtractus uſurarius ſuſtinerętur, dicatur reprobata
per prædicta. ¶ Non obſtat prædictis, & ad excuſatio-
9 nem uſurariæ prauitatis, † quòd in caſu noſtro licet
huiuſmodi contractus in ſe de iure cōmuni ſit illici-

tus, & uſurarius, tamen ſecundum commun
nium hominum opinionem in loco talis con
reputatur licitus, & communis conſuetudo
ſeruat, & ideò talem cōtractus celebrans ab
prauitate, & à pœna excuſatur, ut fuit de men
in l. quid ſit fugitiuus. §. apud labeonē. ff. de
per illum tex. nam conſuetudo quādoque in
excuſat. c. denique. & ibi gl. 4. diſt. & faciunt
in l. per diuerſas. C. mandati. in 2. col. qui d
tudinem poſſe contractum approbare, u
re, facit etiam id, quod notat Ioan. de Im
de elec. ibi, & not. & quod habetur in l. 1.
& in l. barbarius. ff. de offic. præto. Iaco. B
allegas. C. de uſuris. Ant. de But. in c. tuam
& in c. dilecti. de arbi. & habetur per Mod
in tract. ſimulationis contractuum in prin.
5. uero caſu, in 3. col. & in ſimili facit id,
Bar. in l. pignus. C. de pign. actio. Bal. in l.
& in auth. ſed nouo. C. ſi cer. peta. Ang. Ro
in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de uerb. obl. &
Bal. in l. de quibus. ff. de legib. conſuetudo à
ris communis excuſat, & ſecūdū eundē in l.
terea. C. de iure dotium. ſtatutum, ꝙ ſolua
pro centenario, tolleratur, & ualet. Quia r
ꝙ illa doctrina Bar. in d. §. apud labeonem
nonico non uidetur uera, nam conſuetu
ius naturale, quamuis excuſet, ut ſupra,
procedit, quando eſſet peccati nutritiua,
muniter canoniſtæ in d. c. fi. de conſuetu.
d. c. inter dilectos. contra quem, & in d. c.
nibus apertè eſt illa deciſio Bar. & tex. in d. §.
beonem. ſuper quo Bar. ſe fundat, parum
quia loquitur de conſuetudine, quæ non
ius naturale, ſed contra ius poſitiuum,
tex. ſecundo ibi non præſupponitur, ꝙ com
nione illud, de quo ibi, cenſeretur licitum,
ſe eſſet illicitum, quinimmò id alias in ſe
ut colligitur ibi ex gl. & hoc eſt, ꝙ inquit
id facit, quod publicè facere licere arbitra
quod de iure arbitratur licere, quia licitū
obſtat, ꝙ cōſuetudo excuſet à delicto, &
ut ſupra, quia reſpondetur, ꝙ excuſat à delicto
quæ ſunt de iure naturali, & quādo cōſuetu
ſet nutritiua peccati, uel quando eſſet con
tra ius poſitiuum, ſecus ſi contra ius natur
peccati nutritiua, ut declarant omnes canoniſtæ
10 c. fi. Pręterea † quamuis cōſuetudo excuſet à delicto
& à pœna delicti, ut ab infamia, uel alia pœna,
priè eſt pœna, non tamen excuſat ab intereſſe
no partis, hoc eſt à reſtitutione uſurarum, arg.
quā. de uſuris in 6. & d. c. quia in omnibus. &
ſimili id, quod no. & habetur in c. fraternitas.
& hoc eſt, quod uoluit dicere Ioan. de Anan
quia in omnibus. ꝙ licet cōſuetudo non excu
rarium, tamen pudorem delicti tollit. ¶ Non
11 not. per Baldum in d. l. fin. §. præterea. quia
quitur in cauſa dotis, pro qua ſpecialiter
eſt, ꝙ uſura ſit licita iuxta intereſſe mariti,
briter. de uſuris. & ideò per ſtatutum uſura
gis intereſſe poteſt uſque ad decem pro c
taxari, ut ibi per Baldum. ¶ Adde, quòd poſito
12 nam Bartol. in d. §. apud labeonem. eſſe ueram,
men ea procedit in ijs perſonis, in quibus toll
eſt iuris ignorantia, ut in fœminis, ruſticis,
bus, & militibus iuxta l. regula. ff. de iuris, &
ignoran. ita declarat Bald. in dicta l. cum alleg
lum. 3. C. de uſuris. uel ſecundum eundem
cederet in iis, qui non eſſent ſoliti fœnerari,
in ſolitis fœnerari ſecus eſt, nos autem
eo, qui erat Doctor, expertus, cautus, &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible] fœnerari, ergo illa doctrina Bar. in caſu [illegible] procedit, & conſuetudo nõ excuſaret, qua [illegible], iudicandũ eſt omninò cõtractũ, de quo [illegible] fœneratitium, & uſurarium. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *[illegible] in contractu mutui, & non in contractibus innominatis [illegible] committitur.*

Contrarium num. 12.13.14. & 16. ubi declaratur. & num. 28.

2 *[illegible] innominatus facio, & do, ut facias, & ut des, hic celebratus.*

3 *[illegible] mercium, & ſuſceptio periculi licita, & à iure pmiſſa.*

[illegible] ſecus ſit num. 21. & 29. ubi hoc declaratur.

4 *Vſura non committitur, ſi quis pro debitore fideiubens uoluit tan[illegible] pro contrario.*

Quod uerum eſt [illegible] ex parte creditoris, qui aſſecuratur, & n. 29.

5 *Vſura, & contractus illicitus non committitur, ſi quis rem pluris [illegible] emere promittat, dummodo non interueniat do[illegible], nec læſio ultra dimidiam iuſti pretij.*

[illegible] contractus uſurarius etiam fictione iuris num. 30.

6 *[illegible] negotiatio utilis eſt, & neceſſaria ciuitatibus, & ideò li[illegible].*

7 *Negotiatio quæ à laicis principaliter propter lucrum exercetur, [illegible], & lucrum inde perceptum eſt licitum.*

8 *Negotiatio exercetur pro incremento facultatum, & propriè dici[tur] [illegible] in mercibus.*

9 *[illegible] prohibita, laicis uerò permiſſa, dummodo fiat abſque [illegible], & num. 31.*

10 *Vſura committitur, quando facta relatione præſtationis ad [illegible] reſultat quaſi facio, ut des, uel uendo, trado, [illegible] des, uel ſuſcipio periculum, ut des, ſeu facias, uel [illegible] conformitas unius ad alterum, ſed potius dicitur [illegible] compenſatio debita, & obligatio correſpectiua.*

[illegible] uerum ſit num. 32. ubi declaratur.

11 *Quis hodie poteſt de fœnore, & uſura conuinci non tantum [illegible] in iure poſitis, & deſcriptis, ſed etiam ex [illegible], & ex inditiis, & argumentis.*

12 *Vſura ex deprauata contrahentium intentione in quocun[que] [illegible] contractuum ſub quacunque conceptione uerborum [illegible] committi.*

13 *[illegible] de uſuraria prauitate argui, & dici poſſunt.*

14 *Vſura in contractibus innominatis, & correſpectiuis cõmit[ti] [illegible].*

15 *Contractus innominati regulantur ſecundum naturam contractũ [illegible], quibus aſſimilantur.*

16 *Vſuram ſolum in contractu mutui committi, etiam ſi alius contra[ctus] [illegible], uerum eſt, & quomodo.*

17 *Contractus alicuius ſpecies magis ex pactis in eo appoſitis, quàm [illegible] uerbis ipſius contractus cognoſcitur.*

18 *Societas contracta dicitur, quando res traditæ alicui fuerunt ad [illegible] abſque translatione dominij, & cum pacto, quòd [illegible] certum quid pro lucro, & alius aliam utilitatẽ haberet.*

19 *Societatis contractus illicitus, & uſurarius eſt, quãdo reb. tradi[tis] ad negotiandũ cum certo lucro alter tantum periculũ omne [illegible] in ſe ſuſcepit, & totũ capitale aſſecurauit.*

20 *Idem eſt in contractu innominato ſimili dicto contractui nominato [illegible].*

21 *Vſura committitur, ubicunque capitale unà cum certo lucro aſſe[curatur].*

22 *Vſurarius dicitur, qui merces ad tempus pluris uendit, quàm tem[pore] [illegible] faciendæ ualituræ eſſent.*

Et [illegible] uendens ad tempus non dicatur uſurarius, quid re[quiratur].

23 *Vſurarius contractus dicitur, ubicũq; ex pacto uel ad arbitriũ cre[ditoris] [illegible] certũ tempus dumtaxat à contractu recedi põt.*

24 *Negotians cum damno, & grauamine alterius exercens tan[illegible] ad reſtitutionem eius, in quo alterum damnifi[cauit], & grauauit, tenetur.*

25 *Vſura committitur, quando obligatio naturalis ad antidora in pa[illegible] fuit.*

26 *Vſuram committit is, qui certis promiſſionibus maiorem ſibi homi[num] concurſum ad ſuam apothecam, & negotiationem trahit.*

27 *Creditor uſuram committit, ſi cauſa alicuius lucri ſolutionem debitori differat.*

28 *Bal. in l. cunctos populos. in 4. col. uerſi. & quia de uſuris eſt mentio. quæro primo, ibi item do quandam regulam. C. de ſumma trin. & fid. catho. declaratur.*

EPITOME.

Contractũ ſuper certa negatione initũ fuiſſe illicitũ, & vſurariũ ex aſſecuratione capitalis, & lucri, ac totus periculi ſuſceptione p alterũ tm̃ facta, & ex aliis cõiecturis, & p̃ſumptionibus hic poſitis, demõſtrat̃.

CONSILIVM CLXVIII.

IN præſenti cauſa vr̃ prima facie dicendũ, ꝙ cõuentio, ſeu cõpoſitio facta inter magiſtrũ Ludouicũ, & ſer Romanũ ex una, & inter homines vniuerſitatis caligariorũ ex altera ſit licita, nec vſurariã prauitatẽ ſapere dicatur. Et plura ad hoc dicendum me mouent, & primo, quo-
1 niam † ſolũ in contractu mutui, & non in contractibus innominatis, do, ut facias, uel ut des, uſura cõmittitur, ut colligitur ex diffinitione uſuræ, qua dicitur, ꝙ uſura eſt lucrum mutui pacto debitum, uel exactũ, & ita præſupponunt doct. cõiter in rub. extra de uſuris. Sal. in rub. ff. eod. & fatetur Henric. Boich. ſolemnis doctor ultramõtanus in c. in ciuitate. de uſur. Sed in terminis noſtris non datur contractus mutui, ſed contractus innominatus do, & facio, ut facias, prout ex tenore inſtrumenti cõtinetur, & ex infra dicendis apparebit, & arg. l. iuriſgentiũ. §. ſed cũ nulla. & ibi gl. Bar. & alii. ff. de pact. & l. ex placito. cum l. ſeq. C. de rerum permuta. ergo non dicetur celebratus cõtractus fœneratitius, qa in cõtractibus innominatis correſpectiuis do, vt des, uel do, ut facias, uel facio, ut des, uſura non ꝯhitur, ut uoluit glo. not. in ſumma 14. q. 3. & hoc argõ in ſimili utitur do. Lauren. de Rodulph. in
2 ſuo tract. de uſur. in 2. par. prin. in 3. q. Quod aũt † inter p̃dictos ꝯhentes fuerit initus cõtractus innominatus probatur, nam magiſter Ludouicus, & ſer Romanus ꝓmiſerunt facere, & tenere unum fondicũ benè p̃paratum, & fulcitum coriis, & aliis rebus neceſſariis pro exercitio caligariæ, item coria, & alias res hoĩbus dictæ uniuerſitatis, qui cõtinuè ad emendũ venirent, dare, & uendere pro certo pretio ſatis honeſto, & congruo, prout in inſtrumento. Homines uerò uniuerſitatis prædictæ ſe obligarunt ad tradendũ unũ fondicũ nouum, ſeu tabernã gratis, & abſq; ſolutione alicuius penſionis pro uſu negotiationis p̃dictæ, & ſic ad factum, itẽ ad ponendũ duos homines peritos dictæ uniuerſitatis tanquã inſtitores, & pro inſtitoribus abſque ſolutione alicuius certæ mercedis per dictos magiſtrũ Ludouicũ, & ſer Romanũ facienda, itẽ ad leuandũ ſingulis tribus menſibus oĩa coria ab aliis refutata, & oĩa ſupra oſſa, ut uerbis ipſorũ cõtrahentium utar. Item promiſerunt fideiubere pro dictis inſtitoribus, ac ẽt ſe obligarunt ad leuandũ oĩa bona, & res dictę negotiationis pro p̃tio p̃dicto cũ termino ad ſoluendũ, qñ præfatis magiſtro Ludouico, & ſer Romano uideretur nolle amplius perſeuerare in dicto exercitio, & in dicta cõpoſitione cũ hoĩbus dictæ uniuerſitatis, ut latius in dicto inſtrumento apparet. Ex qbus ſatis clarè cõſtat non fuiſſe cõtractũ mutuũ, ſed fuiſſe celebratũ cõtractũ innominatũ facio, & do, ut facias, & ut des arg. d. l. iuriſgentiũ. §. ſed cũ nulla. cũ gl. & ibi Bart. & in d. l. ex placito. & Pau. de Ca. in l. ſi tibi. ff. de p̃ſc. uer. & l. naturalis. §. 1. ff. eo. ti. ¶ Secũdo q̃uis hoĩes dictæ uniuerſitatis recipiẽdo quodãmodo in ſe periculũ merciũ, uidelicet ꝓmittendo leuare, ſeu emere ſingulis tribus mẽſibus coria refutata, & ſupra oſſa, & fideiubẽdo ꝓ inſtitorib. ac ſe obligãdo ad leuandũ, & emendũ oĩa bona, & res in caſu ſ. relato dicant̃ merces aſſecuraſſe, & illarũ ĩ ſe ſuſcepiſſe periculũ pp hoc